



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Specvlvm || Vitae aulicae

Schopper, Hartmann

Francof. Ad Moen., 1584

VD16 R 1015

Capvt VII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70432)

qui vndique teres est, quiq; rotundus tantum
 sibi constat. Moses vt arrogantiam vitaret, de
 se loquens, quasi de alio loquitur. Hæc sunt,
 inquit, verba quæ locutus est Moses. Sic
 Iob, Vir erat in terra Hus, nomine Iob. Sic
 Ioannes, hic est discipulus ille qui testimo-
 nium perhibet de his. Nec arrogantia vitio
 est ascribendum, quod aliquando Paulus se
 habere S. S. professus sit, Augustinus verò se
 parem prophetis esse dixerit, & istorum exem-
 plo etiam se laudavit Imperator noster Iusti-
 nianus, quia illud ipsum non inanis gloria
 fuit, sed veritas & virtus loquentium longè
 maxima & excellentissima. Sed infra de ar-
 rogantia vitio plura dicemus.

CAPVT VII.

ARGVMENTVM.

*Mota per exemplum Vulpecula Regis & .i. uila
 Se peccasse refert idq; licere putat.
 Scilicet Empedocles a dentē frigidus Aeternum
 Infiltrat stupida cur ego mente sequar?*

TVnc Reiniken Greuinchius
 Compellat hu sermonibus:
*Amice quon nec charior,
 Aut vilius est iucundior:
 Vitæ tuæ nequissima
 Commissa sunt grauisima,
 Culpæ tamen te liberum
 Ab omnibus pronuncio,
 Sed nil periculosius,
 Nihilq; pestilentius,*

Quam

Quam simplicem lepusculum
 Quod perfidè necaueris:
 Caputq; Lampi mortui
 Ad Regis arcem miseris:
 Hac insolens audacta,



Allegor.

Feroxq; contumacia
 Vita tibi periculum
 Longè facesset maximam.
 Dolosus inquit Reinike,
 Nos ista parvipendimus,
 Semperq; floccifecimus.
 Hoc namq; cautus seculo
 Audacter affirmauerim,
 Quicumq; se negotijs
 Nunc implicat mortalium,
 Is purus execrabili
 Non viuet absq; crimine.
 Si quippe coram, suspicor,
 La sciens lepusculus,

8

Reinike o-
 mania floccifecit.
 Reinike in
 seculo hoc
 neminem
 pie viuere
 posse affir-
 mat.

M 7

Et

*Et pinguis hic assisteret,
Facetysq; luderet,
Amor profecto mutuum
Extingueretur ilicet,
Vel ipse Lampi pinguibus
Non abstineres carnibus,*

Occasio fa-
cit furem.
Reinike vl
timum sa-
culum re-
darguit.

Ab exēplis
principum
male agen-
tiū orditur.
Appetito
& auaritia
sacerdotū
arguitur.
Inuidia
officiorum
contēptus.
Luxuria.

Reinike de
palatiis
principum
loquitur.
A regis ex-
emplo.
Dicit regē
munerib.
corrumpti.

*Occasione fertili
Mens arctior diffunditur,
Et pura conscientia.
Iam tempus admirabile,
Et appropinquat vltimum.
Hoc namq; seculo principes,
Exempla qui laudabilis
Præbere continentia
Debent, & innocentia.
Vel omnium grauissimè
In cuncta peccant numina.
Interq; mystas impios,
Qui sancta patrimonia,
Aurumq; Christi decoquunt;
Nunc regnat appetitio
Iniuriosa census,
Liuorq; detestabilis,
Contemptus atq; maximus
Scholasticorum munerum.
Et principatum sordidus
Vbiq; luxus obtinet.
At præter hæc in principum
Vi vitatur palatijs;
Non ipse Bacchanalye
Indulget impijsimus,
Quisq; Rex libidine*

Quicumq; portat munera,
 Licet sit ille pessimus,
 Et omnium nequissimus,
 Hinc parcat, atq; maximas
 Culpas remittit illico.

Quis ergo peruersissimis
 Non rebus his seducitur,
 Cum nempe liberaliter
 Peccare cernit principes?
 Exempla quamuis talia
 Nos haud mouere debeant.

Summis proinde viribus
 Conabor atq; sensibus:
 Ne dicar esse pessimus,
 Aut omnium renuncier
 Mortalium nequissimus.

Exemplis
 enim ne-
 mo excusa-
 bitur.
 Reinike
 vult tam
 operam na-
 uare ne sit
 pessimus.

COMMENTARIA.

Monemur hinc quàm graue & intolerabi-
 le, vt precedenti etiam monuimus capitulo,
 sit arrogantiae crimen. Audacia quidem sine
 temeritate viro forti cõuenit, sed ostentatio,
 aut vanæ gloriæ præsumptio stultorũ & im- *Ostentatio*
 proborum sic est propria, vt apud prudentes *stultorum.*
 locum habere non possit. Non enim videtur *propria est*
 audacia, sed incredibili armatus insolentia, qui
 confusus importunitate sua. sese contra longè
 fortiorem aut potentio rem effert, & longius
 quàm deceat digreditur. Quæ res felicem ra-
 rø sortitur euentum. Quicumque igitur au-
 dacia ad gloriam aspirat sempiternam, benè
 caueat ne temeraria exagitetur cupiditate.
 Nam

*P. Lotich.
Secun.*

Nam cùm pedem offenderit, risum potius inde, quàm plausum populi aut honorẽ consequetur optatum. Nam iuxta Poëtam

*Non habet euentus placidos temeraria
Virtus.*

*Arrogans
sibi in om-
nib. blan-
ditur.
Epicurus.*

Sic arrogantes blandiuntur sibi plurimum, & suæ eruditionis opinione ita insolescunt, vt in ea sibi renati videantur. Quemadmodum Epicurus, qui se solum sapientem professus est, quiq̃ue à discipulis adorari voluit, cùm Preceptores suos petulanter contemneret. Vel sicut Palæmon ille Grammaticus, qui iactabat secum natas & perituras literas, & qui rursus omnes aui sui quanquam doctissimos habebat contemptui, adeò vt M. Varro-

Palæmon.

*Gorgias
Leontinus.*

nem Porcum appellaret. Vel Gorgias Leontinus qui in maximo literatorum hominum conuentu poscere ausus est, de qua re quisque audire vellet, de quouis subiecto sermone differere. Vel Menecrates medicus, qui louis cognomento delectabatur, quiq̃ue Agefilao regi sic scribere, Menecrates Iupiter Agefilao regi salutem, non erubuit. Vel & vltimò

*Menecra-
tes.*

*Satanas
arroganti-
um pater.*

Satanas, qui regi regum, & domino dominantium, dicere ausus est, si cadens adoreris me, tibi dabo omnia regna mundi, cùm tamen Domini sit terra, & plenitudo eius. Cuius imitatores non modò fuerunt ij, quos paulò antè retulimus, verùm alij multo plures, præfertim Cato Maior, qui dicebat populum Romanum longè maiora Catoni debere, quam populo Romano Catonem. Nec

*Cato Maior
Sathan & i-
mitator.*

non

non Chryſippus qui ſe omnia ſcire ſolus pro-
 fitebatur, atque aded, vt vulgus Ironice di-
 ceret ſæpè, ſolus Chryſippus ſapit, cæteri ve- *Chryſippi*
 lut umbræ agitantur. Quod & Hippiaſ tota *ſtultitia.*
 Gracia audiente de ſe prædicare auſus eſt. *Hippiaſ.*
 Quid quod Sextus Pompeius, Magni filius, *Pompeius*
 victoria naut: ca elatus, Neptuni filius vocari *Magni fi-*
 voluerit. Deq; militari diſciplina corã Han- *lius.*
 nibale Phormio delirus ſenex diſputare nil *Phormio*
 veritus ſit. Qua mentis ebrietate cæca profa- *corã Han-*
 nos effaſcinante ſpiritus, nec caruit egregius *nibale de*
 ille pictor Zeuxis Heracleotes, quem, cum *militta di-*
 athl: tam depinxiffet, inuiſurum potius pi- *ſputare au-*
 ctorem quàm imitaturum, ſubſcripſiſſe ſe- *ſus eſt.*
 runt. Helenamq; aded eleganter, vt talem
 nec partu Lædam edere potuiſſe affirmaret,
 nec Homerum diuino ingenio ſuo verſibus
 exprimere. Inò quod opera donabat dicens,
 ea ratione ſe id facere, quoniam parem nõ in-
 uenirent emptorem, Nec Parrhaſius ſe artis *Parrhaſi-*
 principem eſſe prædicans. Nec ex recentiori- *us ſe princi-*
 bus, Donatus Florétinus ſculptor, facilè cum *pem picto-*
 antiquis comparandus, prodigioſa hac am- *rum dixit.*
 bitione ardens. Qui cum Florentiæ in ſubli- *Donatus*
 mi parte maioris templi D. Mariæ ſtatuum *Florétinus*
 ſculpiſſet, & mirum in modum ſibi placuiſ- *ſculptor.*
 ſet, eidem colaphum impedit, exclamans, lo-
 quere, quaſi viuam effeciſſet, nec aliud maius
 poſſet ab ea deſiderari. Et vſq; in diem præſen-
 tem vocatur, Il Zuccone di Donatello.

Dicebat ruruſum Democritus à nullo in o-
 ſtendèdis lineis ſe victum fuiſſe. Attila voca-
 bat

bat se flagellū Dei. Tamerlanus Scythā, gen-
tium terrorem. Optimum erit igitur nomen
arrogantis non subire (vt diximus) hanc infa-
mia notam effugere, & cum Lycida Vergi-
liano potius canere:

Me quoq; dicunt

*Vatem pastores. sed non ego crudelus illis.
Nā nec adhuc Vuro Videor, nec dicere Cinna
Digna, sed argutos inter st. eperē anser olores.*

II.

Voluptas

bonest.

imitatrix,

malorū

ve

ro omnium

mater. lib.

3 fol. 45. lo

cū diligens

lector inue

niet, quem

ostendisse

bic suffi-

ciuit.

Quam caduca, pernicioſa, honeſtatiq; con-
traria ſit, huius mundi voluptas: quæ vbi ali-
cuius ſenſu penitus implicata infidet, is imi-
tatricem quidem boni, ſed malorum matrem
habet omniū. Virtus enim, teſte Palingenio,
aut ſalua cōſcientia in voluptatis regno con-
ſiſtere non poteſt, cum de voluptate,

*Principio, non eſt, vt forſan creditis, inquit:
Hac Dea: nec prorsus diuinum de ſanguine cre-
ta,*

*Ad quam nunc itis, cuius vos iungere caſtris
O caci cupitis: ſed dira eſt peſſima Erinnys,
Incautos blanda ſemper ſub imagine ludens:
Promittensq; fauos, aloen infida miniſtrat.
Neu vos dec. piat, facies quod pulchra, quod
extra*

*Tota nitet gemmis atq; auro, nanq; ſub ipſa
Neſcitis quam ſit turpis, quam ſordida veſtis,
Intus mille latent menda, perditq; clientee
Ipſa ſuos, falſa captos dulced: ne ſicut
Perduntur piſces quos fallit arundine longa
Piſcator, dum littoreas demittit in vndas (res.
Etilu, ſed eſt ſcopulo: atq; hamos tenet eſca laten-*

Illi concurrunt avidi, rapiuntq; tenaces
 Ore cibos, si d. mox haerent, ac fila sequuntur.
 Nō tantū Libyca Syrtes, vel tecta nefandi (bdio
 Antiphata, vel Scylla vorax, vel saeva Chary-
 Vel quodcunque aliud, quantum est fugienda
 Voluptas.

Cauendum igitur, & summa cum indu-
 stria enitendum, ne ratio domina omnium &
 Regina i. laudabilibus & inhonestis illis ani- *Rationē do-*
 mi vnquam succumbat affectibus. Nam rui- *cer & fas*
 nam istam plerumque peccata, paupertas, & *est impu-*
 quavis sequitur ignominie. Sensus volupta- *ris, & pro-*
 tis nostrae si quis est, ad breue exiguūq; horae *hibitus illis*
 tempus durat: Et quavis illam impunitus per *imperare*
 totum vitae curriculum, quod tibi natura cir- *affectibus.*
 cum scripsit breuissimū, exerceas, vix quadra- *Fragilis hu-*
 ginta (quod ipsum rarissimū est) in illis gau- *ius volupta-*
 diis transactos habebit annos. Quod si iam il- *us cum a-*
 lam fragilem infirmamq; aeternae damnatio- *terna dam-*
 ni conferas iucunditatem: quanto tibi empta *natione col-*
 constabit dolore? Considera gaudium vnius *latis, an ar-*
 momenti & aspice poenam integri anni, & vi- *tium differe-*
 debis quā iniquissima inter se distent pro- *r. ille.*
 portione. Nam aeterna felicitas huic breuissi- *simū dicitur.*
 mae vitae stadio, velut umbra soli comparata
 apparet, quod certē omnibus modis iudicioq;
 indefesso ponderandum, nec populari, sed di-
 uina examinandum trutina videtur.

Id certissimum est, quod nemo in hoc ex-
 ulceratissimo seculo absq; vitiis viuere facile
 possit.

Ve meritō aliquis cū Terentiano illo De-
 mea

mea exclamet: ò coelum, ò terra, ò maria Neptuni, ò tempora, ò mores. Quàm miserè illa antiqua integritas, fides, probitasq; refriguit. Iam nisi quis omnis plenus flagitij, dedecoris, que sit, contemptissimus despectissimusque ab omnibus reputabitur. Eò proh dolor, res rediit, vt si quem videant, qui nihil atrox, nihil malitiosum, animo concipiat, vitamque puram & simplicem sine omni ad decipiendum astutia honestissimè sanctissimeq; degere exoptet: illico exclament omnes, eum hominem nec mundo, nec Deo inferuire, nec vlllo officio, conditioneue honestiore dignum esse. Id certè multos commouet, vt amicorum causa grauissimos in errores se interdù sua sponte precipitent atque demergant. Sed vir bonus ad hæc nequaquam respiciet, sed potius in animum reuocabit secuturam veloci pede immedicabilem Dei irati vltionem. Certè communis illa hominum rerumq; parens Natura constituta in libra, fluctuare videtur. Et iuxta versum celeberrimi nostri Poëtae P. Lotichij Secundi verè de hac mundi senectâ dicere licet.

Voluimus huc illuc, Veluti spoliata magistro

Cymba per Ægeas naufragâ fertur aquas.

Imminet dies iræ, dies calamitatis appropinquat, sicut fur in nocte hora domini. Perceat quod mihi concessum non est, si non in supremo, in infimo apparebo splendoris gradu, minusq; periculi curæq; ex eo ipso nascetur. Si enim alto in Imperij domicilio collocatus

H. S.
Iustus & b.
que iacet,
contemni-
tur & indiq;
iustus.

catus non sum, altè cadere non possum. In-
 terea meæ licet laboriosissimæ ita satisfaciam
 vocationi, vt reposcèti Deo optimo maximo
 rationem reddere atq; exponere possim. For- *Nulla est*
 sitan & ipsi mihi meum sufficiet demensum, *excusatio*
 ne mèdicitatis pastu cogar viuere. *Vnus quis-*
 que enim pro se, *Deus pro omnibus.* Iniqui- *peccati, si*
 tas autem mundi, aut multitudo errantium, *amici cau-*
 non excusat delictum. Nec si quis in conspe- *sa pecca-*
 ctu meo se in puteum aut amnem præcipita- *ueris.*
 ret, sequi eum vllò modo velim.

Reprehenditur Ecclesiasticarum persona- *IIII.*
 rum dissoluta & flagitiosa vita, qua omnibus *Sacerdotiũ*
 scandalo sunt, ita vt suæ ipsius autoritati o- *flagitiosa*
 mnem dignitatem detrahant. Illi ipsi enim *reprehendi-*
 qui debebant docendo verbum Dei, & vita *tur vita.*
 sanctissimis moribus imbuta populo præite,
 viamq; iustitiæ ignaris preparare: Hi omnes
 eorum exempla doctrinamq; sequutos mi-
 ferrimè deperdunt, & Abyssi in speluncam
 sulphure igniq; inextinguibili ardentem con-
 iiciunt. Nam id omnibus apertum est, hæcte-
 nus tam sceleratam omnium scelerum collu-
 uionem inter Pontificios regnasse, vt non
 mirum fuisset, si repentinis eos terra hiatibus
 absumpsisset. Ibi nihil nisi omnes volupta- *Luxus mo-*
 tum libidinumq; illecebræ colebantur, quas *nasteriorũ*
 qui aspernabantur, sine periculo capitis eua- *adhuc in-*
 dere talium manus vix poterant. Cuiusmodi *ter pleros-*
 adhuc hodie infinita reperiuntur monaste- *que Abba-*
 ria, quæ luxu diffluunt insatiabili, quod vni- *tes.*
 cum certè multos in detestationem & con-
 temptum

temptum Ecclesiae incitauit, & nostro adhuc instigat tempore. Quod & ipsum detestabile abominandumque est, doctrinae enim potius quam malis eorum operibus adherere tales debebāt. Si enim aliquid animaduertis quod maximè eos dedecet, tibi ab illo praecaveas malo. Tuum non est rationem vitae ab altero reposcere, sed vide ut tuae possis reddere. Si peccauerint, tu pro iis non respondebis nec satisfacies: Ipsimet onus Aetna grauius sustinent, eorumque societas aut familiaritas tibi in inferno nihil proderit. Quapropter hominum istorum turpitudine te ab impia vita abstertere debet, tuque Deum, ut à populari lapsu multo varioque tuam continere temeritatem possis, etiam atque etiam indefinenter precaberis.

Admonetur hinc etiam officij sui Magistratus, ut non solum omnibus subditis, verum etiam posteris suis sint vita candidissimè peracta omnis nobilitatis initium & virtutis exemplum. Nam cum Abbas ipse tesseras mensae apponit, fratribus colludere inconcessum non est. Quis enim eum feret, qui quod ipse factitat, in aliis reprehendit? Vnde rectè Cato inquit:

*Quae culpare soles, e me tu feceris ipse
Turpe est doctore, cum culpa redarguit
ipsum*

Inexcusabilis propterea est Magistratus, qui de alterius errore, in quo ipse versatur, iudicat. Nam bene dicere, & male operari, nihil aliud

aliud est, quam propria se dānare voce, quod
stultis conuenit.

Et sanè difficulter vulgus superiorū ma-
lifacta conspiciens se corrigi aut emendari pa-
titur: Et sic priuatis omnium scelerum ma-
gnitudo crescit inimicitis.

CAPVT VIII.

ARGVMENTVM.

Quòd mala seducant exēpla & lubile & vulgus,
Pluribus hic Vulpes testificata docet.
Cur Proceres, cur me Romana palatia & exēt
Si faciam, quod me lexq; pudorq; iubent.

Grimhande, dicit Reinike
Considera quid Principum

Exempla sepè fecerint,
Et vulgus vt seduxerint.

Licit nec omnes quispiam

Vocare possit improbos,

Tamen mihi probatius

Videtur atq; certius,

Quòd prater admirabi'es

Mortalium fallacias,

Nefand. supra coniugum,

Excursiones impias,

Fraudes dolos, mendacia,

Prastigias periuuria,

Nihil locis in omnibus

Supermanere cernimus.

Rapina, feneratorio,

Et omnium permisso,

Ferocitasq; criminum,

Rursus ab
exemplis
Principum
orditur Rei
nike narra
tionem.

Omnis sce
lerum col
lucio hoc
tempore
regnat.